

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2095

Auteur(s) : Raoul du Planchey, bourgeois de Louviers [autre]

Bénéficiaire(s) : Évreux, Saint-Taurin (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1256, septembre

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul du Planchey, bourgeois de Louviers, donne aux abbé et religieux de Saint-Taurin sa maison du Martrey, entre celle qui fut jadis à Adam du Martrey, et celle de Pierre de Lestent, bornée sur le devant par le chemin du roy.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bonnin Théodose, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissé, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CCIX, p. 251-252.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteris inspecturis vel auditoris Radulphus de Plancheio, burgensis de Locoveris, salutem in Domino.

Universitati vestre notum facio quod ego dedi et concessi et presenti carta mea confirmavi viris religiosi abbati et conventui monasterii Sancti Taurini Ebroicensis domum meam de Martreyo, sitam inter domum que fuit Ade de Martreyo, ex una parte, et domum que fuit Petri dicti Lestent, ex altera, et abotat quemino regio in parte anteriori et in parte posteriori domui quam ego dictus Radulphus vendidi abbati et conventui supradictis ; et duas acras terre sitas juxta terram Ricardi Vesdie, ex una parte, et terram Gaufridi Valiquier et terram Rogeri de Martreyo, ex altera, et abotat terre Renaudi forestarii, ex una parte, et terre Rogeri de Martreyo et terre Petri le Bigaut, ex altera ; habendum et tenendum dictis religiosi in perpetuum in puram, liberam et perpetuam elemosinam, ita quiete et libere sicut aliqua elemosina liberius et quocius aut melius possideri potest aut haberi ; cartis de domo, gardino et prato et aliis rebus eisdem a me concessis ipsis in perpetuum valituris, quibus precedentes aut subsequentes concessionem nullatenus volo aut concedo fieri prejudicium, sed expresse volo quod robur optineat firmitatis. Volo similiter quod nullus inde fiat retractus ab aliquo de parentela mea vel alio quocumque, quia mera est donatio, et omnia premissa et singula ego et heredes mei prefatis religiosi contra omnes garantizare tenemur, ad usum et consuetudines Normannie de residuo hereditatis nostre ubicumque fuerit ; et hoc juravi, tactis sacrosanctis Evangeliiis, quod predicta omnia et singula adimplebo et in nullo contravenire presumam.

In cujus rei testimonium, sigillum meum presenti scripto apposui.

Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto, mense septembris.